

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CII. Haud rarò quoque utatur Exemplis, horum enim magna vis est in
permovendis hominum animis, ea verò non tam numeret, quam seligat, &
sacra profanis praeferat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

Cll. I. M.

Haud rarò quoque utatur Exemplis,
horum enim magna vis est in permo-
vendis hominum animis, ea verò non
tam numeret, quam seligat, & sacra pro-
fanis præferat.

Multum addit Concionibus ornamenti
grave aliquod Exemplum, & sæpe magis
ad persuadendum exempla valent, si suo loco
proponantur, quam ipsa rationes & argumen-
ta. Certa enim est regula Hieronymi Lib. III. in
Matth. cap. 18. *Quod per simplex præceptum,*
veneri ab auditoribus non potest, per similitudi-
nes, exempla que habeatur. Et lib. II. in Zachar.
cap. 9. Tom. 6. fol. 267. *Nihil ita percutit, ut*
Exemplum de Scripturis Sanctis. Seneca ait
Epist. 6. *Longum iter per præcepta, breve & effi-*
cax per exempla. Ad rationem vita exemplis
erudimur, inquit Plinius Lib. VIII. Epist. 18. Et
Halicarnassæus Lib. XI. princ. *Facillime homi-*
nes, quid prosit aut obfit, animadvertunt, cum
multa multorum exempla intuentur. οὐ γὰρ πο-
τεῖται ὁ ἄνθρωπος τὰ ὁμοειρημένα. Non
enim ad salutem parvi momenti sunt exempla,

293

Ch-

Clementi Alexand., Lib. III. *Pædag.* cap. 8. *Gregorius M.* *Homil.* 38. in *Evangel.* Nonnunquam, ait mentes audientium plus exempla fidelium, quàm docentium verba convertunt. Exempla magnam habent vim & ad persuadendum & ad inflammandos animos emulatione virtutis, scribit *Erasmus* Lib. III. *Eccles.* pag. 840. *Tom. V. Oper.* Ac proinde non solum illustranda, sed & confirmanda & in se servant. Exempla ex *S. Canonis* *Scripturis* petita, quod egregie probat *Rebbon* *Concionat.* cap. IX. *morit.* 25. pag. 381. Immerito itaque *Lathardus* in arte sua *Concion.* pag. 10. Exempla a consortio argumentorum confirmantium excludit, & ad illustrantium & amp. *Nicanium* classem tantum refert. Quamvis enim exempla non tam probare, quàm illustrare dicantur, longe tamen alia ratio est exemplorum factorum, cum universa *Sacri Codicis* & dicta & facta ad nostram doctrinam scripta sint. *Rom. XV. 4.* adeoque exempla ex divinis *Scripturis* petita simul probantia sunt & illustrantia. Imò exemplis interdum plus moveri plebem, quàm argumentis evidentissimis, experientia docet. Experimento constat, inquit *Car. Reginus* *Orat. Christ.* Lib. III. cap. 13. usum exemplorum ad mores componendos habere plus virius sapere quam

quam ipsarum rationes, præterquam quod populus eas
libenter audit, & memoriæ communi retinet, quam
præcepta. Ordo hic autem servetur, ut scilicet testi-
monia præcedant, & exempla subsequantur. Illa
enim confirmandæ rei præsentis, hæc eidem &
probandæ, & illustrandæ, si sacra; vel saltem il-
lustrandæ, si Ecclesiastica sunt vel etiam profa-
na, serviunt. Ut autem Historiarum, tam Ec-
clesiasticarum, quam Profanarum frequens usus
non est conveniens sacre concioni. In his e-
nim, si prolixior esse velit Concionator,
hoc lucrabitur, ut auditores somnolento
ac remisso animo, Verbum Dei vix audi-
ant, & cupide expectent, donec Historia
quædam, aures demulcens, & animum
oblectans proferatur, ut bene monetur
B. G. v. d. Method. Stud. Theol. lib. 4. cap. 2. pag. 206. Ita quoque Exemplis, quæ
pars sunt Historiarum, non multa arruenda sunt.
(Multitudo enim, & sætietas parit & memori-
am obruit.) sed unum & alterum, quod cum fru-
ctu auditur, & memoriæ facile tenetur. Et quia
nulla virtus est, vitium fere nullum, cuius non
aliquod exemplum in Sacris habeatur, ut vere
scribat Chrysostomus Homil. XXIX. in Acta: Ec-
cra Scriptura de omnibus virtutibus &
vitiis exempla habet & contra omnia
vicia remedia. Ideo in primis ex Sacris Lite-

ris exempla petantur, hæc enim & efficacius ad imitationem virtutū & fugam vitiorum movent, & facilius creduntur, altiusq; animo imprimuntur. Neque tamen interim Ecclesiastica & profana negligantur prorsus, cū & horum natura sit, ut persuadendo simul oblectent. Multorum orationis artificium in eo ponunt, si ex *Xenophonte, Thucydide, Herodoto, Homero, Plutarcho* &c. confectis magis à parte exemplis profanorum hominum, sacras Conciones interpolent. Habet hæc diligentis suam laudem, suūq; locum, sed in Ecclesia usum perexiguum. Dædunt enim exemplis Gentilium Sal Verbi divini, sine quo omnia sunt insipida. Et quos sacra exempla non movent, quomodo movebunt profana? Denique Exempla domestica, scil. ejusdem urbis, familie, status &c. efficacius movent ac persuadent, tanquam notiora, & nos nostrosq; propius tangentia, quàm extranea. Magis etiam movent exempla *impavida*, docente *Erasmio* Lib. II. de Ecclesiast. pag. 722. Oper. T. V. veluti exemplum pudicitie à *juvene* translatum ad *semen*, fortitudinis, à *muliere* ad *virū*, fidei conjugalis, ab *Ethnicis* ad *Christianos*, denique à *brutis* traductum ad *homines*, quod non est alienum à Consuetudine Scripturarum, quum

Salo-